



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

26. Pellente Dickhovio recedunt. In plateis obvios Patres insequuntur.
Attonita Urbe. Et modestioribus tempora comparantibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1654.

ulli in eâ trepidatione præsentior animus. Id autem inter has perbacchantium ineptias perridiculum erat, fenestras vitreas angî portum versus, qui ad Gymnasium dicit, insano lapidum imbre manu cuiusdam ganeonis diu quat; cum verò continuatis tot jactibus, utpote præferratas excutere frustraretur, ferramenta præ concitato furore non advertens, præstigias suspicatus (impius ex joculator) & jam, inquit, exerior, quænam avernalis Hecate Jesuitarum mentes regat.

26. Ita grastabatur in Collegio tumultuantium colluvies, donec à *Dickhovio* in-
dunt pel- ferioris Dicasterij Graphæo, fortuitò su-
lente perveniente, pelleretur, urbanique præ-
Dickho- sidij manipulum procurantibus vicinis,
vio. fortunarum prædationem veritis submitterent Senatores. At pulsi jam effractarij, discurrentesque per urbem, alia prioribus facinora superaddunt. Viros ex ea-

In pla- dem Societate in plateis obvios, furiosius
teis ob- persecuntur, coguntq; in vicinis uspiam
vios Pa- ædibus & latibula quærere, & scandere
tres in- tabulata; sed nec sic ab insequentibus
sequun- tuti, per tecta, domosque diversas ser-
tur. varce se, usque adeò, ut eos inter sal-
tus, alter in subjectos silices ex alto
corruens, lumbifragio multaretur.

*Attoni-
rā Urbe.*

Horas aliquot ea plebeculæ sedicio
tenuit,

1654.

tenuit, attonito probo quolibet, partim homines illos, funestas inferorum larvas opinante, partim rato, manes, umbrásq; Anabaptisticas, aslumptis corporum integumentis vivas rediisse. Nec deerant, *Et mo-*
quibus horum, veterumque temporum deſtiori-
ratio, utraque tacite comparantibus haud bus tem-
planè abſimilis viſa eſt; quando duobus pora cō-
abindē ſeculis eodem quinquagesimo paranti-
quarto anno, inter duos Electos, Walra-
bus.

1454.

mum Möersium & Ericum Hoianum Co-
mites, ob Principatū ambitionem, ferale
difſidium trahebatur, occupatis inſtructo
utrimque exercitu arcibus, oppidisq; dice-
cesanis. Cūmque Möersius ſuffragiis plu-
rimorum legitime electus & authoritate
Pontificiā confirmatus Antistites, univer-
ſam ferē patriam haberet ſibi devoutam,
paratāmque armis Principem tueri; Hoia-
nus re desperatā, cum Joanne fratre
germano, homine feroci ac turbulentō,
inter Monasteriensis populi Tribus adſcri-
bi ſe facit, unāque contra adverſantium
injuriās Urbis implorat ultricem manū.
Gives eā capti popularitate, nec alium
paſluri Dominantem, oſterre ſemetipſos,
promtique cum Hoiano contra Möersium
in aciem descendere, ſed in Varlariensi
Ericeto haud procul Coesfeldiā, magnā
ſuorum clade profligari. Nunc verò
Mallingcrotium ambire mytram; ele-
M 5. etionem,

1654.

ctionem, electumque oppugnare; desperatione successus recurrere ad populi studia; plebem vocare injuriatum vindicem; causae arbitros; eamque tum animis, tum auxiliis praesto esse, sed ingenti etiam pena quandoque multandam. Sic secula & personas interisse quidem, causas tamen & eventa fermè eadem recurrisse.

27.

*Prin-
ceps eo
facto ir-
ritatus.*

*Citat
Senat-
um.*

*Et factū
expro-
brat.*

Enimverò furiosæ feditioñis nuncius vehementer afflixit Principis animum. Et quanquam in aula instabant aliqui, haud cunctandum amplius; exui privilegiis oportere turbulentam civitatem, ejusq; arcendi artem, futurum posthac tam contumaci populo frænum; ad id verò adigi posse haud pluribus, quam tribus militum millibus, operamque in id suam iidem strenue offerebant. Hoc tamen rerum statu facile præpotuit mitior aliorum sententia, ut in feditiosos tantum, factionisque authores animadverteretur, cæterum insanæ plebis furor modestis cibibus fraudi ne foret. Quod Princeps consilium amplexus, Coesfeldiam Magistratum evocavit, commeatu libero, ne quis excusationi locus daretur, per quam benignè oblato. Cumque statutâ horâ sisterent se Senior istius anni Consul & Senatores aliquot, in hæc fere verba præsentes affatur. *Audivisse absentem, ingenti cum dolore, quorundam factio-
rum*